

tris, uere sit efficax uoce ministerij, & faciat, ut ministerium sit salutare, sicut scriptum est: Sedet ad dextram Patris, dona dans hominibus, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Pastores & Doctores: Et sicut Dominus inquit: Ego sum uitis, uos palmites. Sine me nihil potestis facere, Oramus eum, ut adsit & huius iam ordinati ministerio, & faciat, ut sit salutare. Ipsum etiam

& Ecclesiam suam hortamur, ut doctrinae puritatem retineant. Vere enim ibi est Ecclesia Dei, ubi sonat uox Euangelij incorrupta, uere ibi dat Deus aeternam iusticiam & uitam, uere exaudit & gubernat inuocantes ipsum, mitigat etiam aeternas huius uitae, & in ira recordatur misericordiae suae. Quare inquit: Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quidquid uolueritis petetis, & fiet uobis. Hortamur etiam eos, ut sint memores praeccepti diuini, de coniunctione & concordia cum alijs Ecclesijs recte sentientibus tuenda, sicut scriptum est: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν, καὶ ὁ μὴ ὢν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μὴ ἔστι, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.

Datae Vuitebergae Anno 1556 Die 31<sup>mo</sup> 920

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Vuiteberga, & caeteri ministri Euangelij in eadem Ecclesia.

1. Timoth. 4.

Attende lectioni, adhortationi & doctrinae.  
Ne negligas donum, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum coetus seniorum.

Philippus Melanthon  
Joachimo à Berge DD  
die 31 Martij anno 1556